

liberorum et parentum loco sunt, induxit, idque, etiam soluta adoptione, per emancipationem. *Leg. 17. et 55. ff. de Ritu Nuptiarum.*

(5. Quod impedimentum ulterius leges extendunt ad adoptatum, et filias naturales adoptantis, quasi jure fraternitatis, quod inter adoptatum, tanquam filium legalem adoptantis, et hujus proles naturales intercedit; hac tamen differentia, quod hoc fraternitatis impedimentum solvatur, soluta per emancipationem adoptione; dicta *Leg. 55. §. 1.* quia post emancipationem (ait) extraneus intelligitur.

(6. Hoc impedimentum a legum auctoritate primum inductum, Ecclesia quoque recepit; ejusque mentio fit apud Gratianum in *Can. 6. caus. 30. qu. 3. et in*

## COGNATIO NATURALIS.

*Vide verb. IMPEDIMENTA MATRIMONII, artic. 1. num. 28. ad 47.*

## COGNATIO SPIRITUALIS.

## SUMMARIUM.

1. De Cognatione spiritali. *Remissive.* — 2. Affertur casus, in quo contracta fuit Cognatio spiritalis. — 3. Ad Cognationis legalis imitationem et exemplum comparata est Cognatio spiritalis, atque impedimentum ex ipsa profluens. — 4. Hæc Cognatio spiritalis, et ex ea resultans impedimentum Matrimonii nota fuit in Ecclesia Græca sæculo VII. — 5. Hæc Cognatio est ex jure mere positivo, sicut etiam exinde resultans impedimentum. — 6. 7. Synodus Tridentina hoc impedimentum contra jam pridem stabilitam disciplinam in multis restrinxit. — 8. Ex hoc decreto moderna Ecclesiæ disciplina

(1. De Cognatione spiritali. *Vide verb. Baptismus art. 7. per totum;* *verb. Confirmatio art. 3. verb. Impedimenta Matrimonii artic. 1 a n. 48. ad 59.* quibus adde sequentem hunc casum, qui hic affertur.

(2. Cognatio spiritalis an fuerit contracta in hoc casu dubitatur. Petrus, et Anna Conjuges elegerunt in susceptores in Baptismo filii Andream, et Lauram, sed adveniente tempore Baptismi, audiens Andreas a Petro fuisse electam Lauram in Commatrem, rogavit Petrum, ut illa posthabita eligeret Rosam, replicavit Petrus se id facere non posse citra injuriam; cui responsioni Andreas non acquiescente, idem Petrus omnia retulit Parocho, et facta expresse declaratione animi sui, quod nullo pacto intendebat Rosam in Commatrem habere; Parochus consilium dedit, ut ambæ admittèrentur, sed pollicebatur expresse se nullatenus admittendum Rosam ad tangendum infantem. Cui consilio Petrus acquiescens designavit etiam Rosam in Commatrem: ista autem præter intentionem Petri, et promissionem eidem Petro factam a Parocho infantem in actu Baptismi simul cum Laura tetigit. Quæritur an fuerit contracta Comaternitas etiam inter dictam Rosam, et Petrum, an potius solum inter Petrum, et Lauram. Sacra Congregatio in *Aquens. 10. Mart. 1731.* censuit contraxisse etiam cum Rosa, quia fuit designata. Sic ex Sellio refert Barbosa *Collectan. decis. Apo-*

*c. unico tit. de Cognatione legali,* ubi ex responsis Nicolai I. ad consulta Bulgarorum refertur: « Si qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quando durat adoptio inter me et ipsam nuptiæ consistere non possunt. »

(7. Nec legitur Ecclesiam circa hoc impedimentum aliquid mutasse; nec quidquam innovavit ipsa Synodus Tridentina, uti monet Cujacius ad titulum Decretalium *De Cognatione Legali,* qui credit etiam hodie fraternitatem legalem constituere impedimentum dirimens; nimirum, durante adoptione: quemadmodum Legibus constitutum erat, et ipse Nicolaus I respondit.

(8. Quæ adducit Auctor noster quoad hanc Cognationem, vide verb. *Impedimenta Matrimonii, art. 1. n. 61. ad 63.*

metienda est. — 9. Hinc contra dispositionem veterum Canonum hodie valet Matrimonium contractum inter filiam suscipientis, et baptizatum. — 10. Cognatio spiritalis contrahitur inter conjuges, si alter eorum prolem communem suscipiat, vel baptizet extra casum necessitatis. — 11. Ob hanc vero Cognationem conjuges non sunt separandi. — 12. Quæ de Cognatione contrahenda in baptismo decrevit Synodus Tridentina, eadem servari voluit in ea Cognatione, quæ ex confirmatione contrahitur. — 13. Cum non tantum per baptismum quis dicatur regenerari, sed etiam per Sacramentum poenitentiae, hinc creditum fuit, inter poenitentem et Sacerdotem spiritualem quandam Cognationem oriri.

*stol. verb. Cognatio spiritalis, n. 10.* Vide ut supra cit. verb. *Confirmatio art. 3. verb. Impedimenta Matrimonii, a n. 48. ad 59.*

## ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(3. Ad Cognationis legalis imitationem et exemplum comparata est Cognatio spiritalis, atque impedimentum Matrimonii ex ipsa profluens. Sicuti enim Adoptans adoptatum sibi in locum filii assumit et habet, ita quoque Susceptor, sive Patrinus recipit Baptizatum in filium suum spiritualem, id est, ut illi Patriis spiritalis loco sit, sive ejus curam spiritualem tanquam alter Pater gerat.

(4. Hanc Cognationem spiritualem, et ex ea resultans impedimentum Matrimonii, notam fuisse in Ecclesia Græca sæculo VII. manifestum est ex *Canone 53. Synodi VI. in Trullo,* ubi Patres dicunt: « In nonnullis autem locis cognovimus quosdam, qui ex sancto et salutari Baptismate infantes suscipiunt, postea quoque cum matribus eorum viduis Matrimonium contraherent, statuimus, ut imposterum nihil fiat hujusmodi. Si qui autem post præsentem Canonem hoc facere deprehensi fuerint, ii quidem ab illicito Matrimonio desistant: deinde et fornicatorum poenis subjiciantur. »

(5. Hanc omnem Cognationem, atque exinde resultans impedimentum esse ex jure mere positivo, sat ostendit varia quæ diverso

tempore, et in diversis Ecclesiis circa hæc fuit disciplina.

(6. Synodus quoque Tridentina nullam hic Divinam Legem, quæ impedimentum hoc induxisset, aut ad certas personas expendisset agnoscens, illud contra jam pridem stabilitam disciplinam in multis restrinxit: « Eo quod doceret experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi Matrimonium, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur; » uti loquitur *c. 2 sess. de reformat. Matrimonii.*

(7. His incommodis occurrere volens Synodus statuit: « ut unus tantum, sive vir, sive mulier, juxta Sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus et una baptizatum de Baptismo suscipiant; et inter ipsos ac Baptizatum ac illius patrem et matrem nec non inter Baptizantem et baptizatum, baptizati que patrem ac matrem spiritalis Cognatio contrahatur. »

(8. Ex hoc decreto modernam Ecclesiæ disciplinam circa Cognationem Spiritualem metiendam esse, compertum est.

(9. Hinc contra dispositionem veterum Canonum, et *cap. 1. tit. De Cognat. Spiritali,* hodie valet Matrimonium contractum inter filiam suscipientis et baptizatum, uti censuit Sacra Congregatio apud Fagnanum ad dictum *cap. 1. num. 4.* neque ultra personas in decreto antedicto expressas impedimentum extenditur.

## COLLATIONUNCULA

*Die Jejunii. Vide verb. JEJUNIUM, art. 1. a n. 14. et 41. ad 46.*

## COLLEGIUM.

## SUMMARIUM.

1. Collegium, Universitas, Communitas sunt synonyma. — 2. Collegium unde dictum, et quid sit. — 3. Universitas unde dicta, et quid sit. — 4. Communitas unde dicta, et quid sit. — 5. Ad constituendum Collegium requiruntur tres. Jus autem Collegii conservari potest in duobus, imo et in uno. — 6. At tunc non est Collegium actu, sed habitu, seu virtute. — 7. Istud autem Jus, quod in uno remanet, non retinet pro se ipso, sed pro Collegio. — 8. Adeo ut nomine Collegii, si non potest eligere se ipsum, poterit tamen alium eligere in totius Collegii Prælatum. — 9. Ad constituendam Universitatem sufficienti quinque personæ. — 10. Universitatis nomine censetur Synodus, Concilium, Cœtus, Convectus. — 11. Universitatis Jus propter casus supervenientiam conservari potest etiam in una persona. — 12. Ad constituendam Congregationem sufficienti duæ personæ. — 13. Ad constituendam Familiam requiruntur plures duobus. — 14. Ad faciendam Parochiam sufficienti decem homines. — 15. Ad constituendum Populum sufficienti decem homines. — 16. Item plures, quam decem, vel quindecim faciunt Turbam. — 17. Item Gregem ovium decem oves, Porcorum vero quatuor, vel quinque faciunt. — 18. Collegiata non potest erigi nisi per Papam; ad n. 19. — 20. Adeo ut erectio facta etiam cum reservatione Beneplaciti Apostolici nulla sit, antequam obtineatur. — 21. Sola auctoritate Episcopi Collegiata nunquam potest erigi, sed semper debet recurri ad Papam, qui erectionem concedit, dummodo votum Sacræ Congregationis Concilii (ad quam remittuntur

10. Cognatio spiritalis contrahitur inter conjuges, si alter eorum prolem communem suscipiat, vel baptizet, extra casum necessitatis; quæ Cognatio impedit usum conjugii, saltem donec Ordinarius dispenset.

(11. Ob quam Cognationem tamen Gratianus affirmat, quod mulier a viro suo non sit separanda; quod et de viro similiter oportet intelligi. Et hanc conclusionem secuti Pontifices, ac signanter Alexander III. in *cap. 2. tit. de Cognatione Spiritali,* respondit: Quod sive ex ignorantia, sive ex malitia, proprium filium de Fonte susceperint, non esse ab invicem separandos, nec alter alteri debitum debere subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci. »

(12. Quæ de Cognatione contrahenda in Baptismo decrevit Synodus Tridentina, eadem servari voluit in ea Cognatione, quæ ex Confirmatione contrahitur; ut scilicet hæc extra confirmantem et confirmatum, illiusque patrem et matrem ac tenentem non egrediatur.

(13. Quum non tantum per baptismum quis dicatur regenerari, sed etiam per Sacramentum Poenitentiae, tanquam per secundas naufragii tabulas, hinc et creditum jam pridem fuit, inter poenitentem et Sacerdotem, spiritualem quandam Cognationem oriri, atque Gratianus ad calcem Canonis 7. « Dicitur etiam spiritalis filia Sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur. » Unde peccatum carnis inter illos gravius est, graviusque puniendum.

preces) sit favorabile; quæ regulariter pro concessione solet inclinare, quoties concurrant aliquæ conditiones, quæ assignantur. — 22. Licet Collegiata erectio nequeat fieri de novo ab Episcopo; posita tamen erectione Collegiatae rite facta auctoritate Summi Pontificis, si contingat Collegium delicere ob mortem v. g. Canonicorum, vel aliam consimilem causam, in tali casu reductio Collegialitatis ad actum poterit fieri ab Episcopo, cum hæc non sit erectio. — 23. Quamvis enim desideret esse Collegiata actu, remanet tamen adhuc talis habitu. — 24. Si agatur de Collegiata jam erecta tempore, quo vigeat opinio, ut posset ab Ordinario erigi, tunc similiter judicari debet juxta illud tempus; et non secundum opinionem posteriorem contrariam. — 25. Ex antecedenti enim statu Collegialitatis præsumitur ejus continuatio. — 26. Quod procedit etiam quando agatur de re multum remota. — 27. Status Collegialitatis non dissolvitur nisi tribus modis, qui assignantur. — 28. Nec Collegiata suppressio unquam justificata dicitur, nisi de auctoritate Superioris supremi facta appareat. — 29. Quæ tamen suppressio non inducitur ex Decreto facto ab Episcopo declarante Ecclesiam non esse Collegiatam, sed simplicem Parochialem. — 30. Episcopus sicuti non habet facultatem de non Collegiata faciendi Collegiatam; tanto minus habet facultatem de Collegiata faciendi non Collegiatam. — 31. Uti nec potest Curam suppressimere, ut erigat Dignitatem. — 32. Collegiata Ecclesia, quando non constat de primæva legitima erectione, vel subsequenti privilegio Apostolico, probatur ex conjecturis, indiciis, et enuntiativis. — 33. Conjectura, et indicia potissima Collegialitatis sunt: primo ex in-

memorabili reputatione, et nominatione Collegialitatis; junctis enuntiativis antiquis. — 34. Secundo ex Litteris Apostolicis dirigi solitis Canonicis Cathedralis, vel Collegiatae. — 35. Tertio ex communi Sigillo, id est proprio ipsius Collegii. — 36. Dummodo tamen sigillum contineat insignia ipsius Ecclesiae: non autem ejus ministri, et Exactoris. — 37. Quarto ex communi Arca, et Massa. — 38. Quinto ex convocazione Canonicorum de mandato principalis Dignitatis illorum capituli, et Congregationibus capitulariter factis. — 39. Sexto ex electione vel collatione Canonice facta per Capitulum, et Canonicos ad hunc effectum congregatos. — 40. Septimo ex possessione tradita Canonicatum cum assignatione Stalli in Choro, et loci in Capitulo, facta per Canonicos capitulariter congregatos. — 41. Octavo ex receptione Provisorum in Fratres, juncto nomine Fraternalitatis, quae circumstantia plurimum ad id confert. — 42. Nono ex juramento posito a Provisis, de servandis Constitutionibus, statutis, et consuetudinibus ipsius Ecclesiae. — 43. Decimo ex venditionibus, et locationibus, et aliis contractibus capitulariter factis. — 44. Undecimo ex eo, quod in Ecclesia adsit aliquis uti Caput; et Clerici, vel Canonici uti membra. — 45. Duodecimo ex jure eligendi Praelatum. — 46. Tertiodecimo ex eo quod Cura animarum sit penes Capitulum, etiamsi habitu tantum. — 47. Quartodecimo ex eo quod in actu Visitationis ab Episcopo dicatur Collegiata, vel si in ea facta fuerit provisio tanquam de prima Dignitate. — 48. Quintodecimo ex declarationibus Parochorum. — 49. Ex praedictis conjecturis, seu signis, aliisque sufficientibus, Ecclesia est existimanda Collegiata; licet de fundatione, et privilegio non constet. — 50. Non est autem necessarium, quod omnes supradictae conjecturae, seu signa simul concurrant, ut Ecclesia dicatur Collegiata, sed sufficit aliquas adesse, ex quibus id argui possit, et verisimile credi. — 51. Collegiata Insignis praecedat aliis non Insignibus, etiamsi fuerint prius erectae. — 52. Quenam autem Collegiata dicatur Insignis, in Jure Canonico definitum non est. Unde res ex facto dependet, attento nomine *Insignis*, quod Ecclesiae nobilitatem, et excellentiam praefert. — 53. Et DD. volunt, quod Collegiata communiter reputetur, et dicatur Insignis, si sit Matrix in loco, praecedatque aliis in publicis functionibus, sit antiqua, et conspicua quoad structuram materiale, et numerositatem Dignitatum, Canonice, aliorumve Ministrorum; sitque in loco, seu Oppido nobili, et numeroso, et peritorum copioso. — 54. Et quod in adjudicatione hujusmodi Insignitatis fieri possit consideratio ex qualitate loci, fuit decisum a Sacra Rit. Congregatione. — 55. Canonici Collegiarum Insignium praeferendi sunt in Synodo, ac Processionibus Canonicis Collegiarum non Insignium. — 56. Etiamsi Collegiata non insignis sit antiquior in erectione. — 57. Imo etiam erectio Collegiatae insignis facta fuerit cum clausula, *sine alicujus praedictio*. — 58. Pro expensis factis a Canonicis pro obtinendo Indulto deferendi Cappas, et Rochettum, non possunt ab ipsis alienari bona Ecclesiae. — 59. Affertur ad id responsio Sacrae Congregationis Concilii in una Montis Regalis pro Canonicis Civitatis Cunaei ejusdem Dioecesis. — 60. Collegiata Ecclesia circa ritus, et caeremonias debet servare laudabiles, et antiquas consuetudines aliarum similium Ecclesiarum Provinciae. — 61. Collegiatae Ecclesiae statuta quaerenda sunt a proprio Episcopo. — 62. Collegiata debet praecedere omnibus aliis Ecclesiis simplicibus, vel quae tantum Parochiales sunt. — 63. Etiamsi antequam erigeretur in Collegiatam, illis cederet. — 64. Archipresbyter, et Canonici Collegiatae, quae non est Parochia, possunt benedicere Cineres, et Palmas, populoque distribuere, similiter aquam, ignem, ova, fructus, et caetera omnia secundum Ritus S. Ecclesiae; sed non possunt Sabbato Sancto, vel alio tempore aspergere publice domos

Aqua Benedicta, vel aliquem actum Jurisdictionis Parochialis exercere; similiter non possunt Sabbato Sancto pulsare Campanas ante Parochialem, neque aliquos communicare in Paschate, nisi Presbyteros, et Clericos suae Collegiatae. — 65. Canonici Collegiatae non tenentur inservire Episcopo extra eorum Ecclesiam, nisi in casu necessitatis, vel contrariae consuetudinis. — 66. Canonici Collegiatae non tenentur intervenire processioni Sanctissimi Sacramenti, quae fit in Cathedrali qualibet tertia Dominica. — 67. Collegiata nuper erecta, subjecta est Ordinario; nec habet praecedentiam super alias. — 68. Capitulum Cathedralis praebere non potest ullam molestiam Capitulo Collegiatae, quod teneat Clericos ad cantandum in Choro, et extra, et servendum Missis, et aliis Divinis Officiis cum Cotta, et vestibus Talaribus, eundem ad processiones, sepeliendum mortuos; et celebranda Divina Officia in aliis Ecclesiis, ubi invitantur. — 69. Collegiatae Canonici possunt juxta eorum consuetudinem deferre Crucem propriam in processionibus, dummodo digniorem, et ultimum locum relinquunt Clero Ecclesiae Cathedralis. — 70. Collegiata non debet accedere ad Ecclesiam Parochialem, ad faciendam benedictionem, et distributionem Candelarum, et Palmarum, non obstante consuetudine. — 71. In Ecclesia Collegiata possunt Divina persolveri citius, quam in Cathedrali. — 72. Numerus trium Canonicorum congruus est ad Collegiatam constituendam. — 73. Qui si recesserint, vel saltem de praesenti non existat Collegiata, adhuc tamen sufficit illam habitu esse ad hoc, ut censeri debeat Collegiata. — 74. Collegiata adhuc dicitur, et gaudet privilegiis, deficientibus omnibus illius Canonicis, et tantum uno remanente. — 75. Ecclesia Parochialis erigi potest in Collegiatam, et nihilominus Cura animarum remanere penes Parochum prout antea erat; non autem in Collegium, vel Dignitatem transferri. — 76. Collegiata antiquior, quae habet insignitatem a Jure; praefertur habenti insignitatem ex privilegio posteriorem. — 77. Num Ecclesia sit Collegiata, probari potest Apostolico Privilegio; saltem praesumpto. — 80. 84. In quibus conveniat Ecclesia communitativa cum Collegiata. — 85. Ex his sustineri nequit, Ecclesiam aliquam habitam esse pro Collegiata. — 86. Etiamsi praeterea illi tributa sit denominatio Collegiatae. — 87. 94. In quibus differat Ecclesia communitativa a Collegiata. — 95. Rigide inquirendum est de Collegialitate, si de ea questio sit ad omnes effectus. — 96. Collegium tanquam representans unam personam non dicitur, aliquid fecisse, nisi major ejus pars consenserit. — 97. Si vota scindantur in duas partes aequales, non constituunt duo Collegia. — 98. Collegium habens juspatronatus, si dividatur in duas partes habentes aequalia vota, locus est gratificationi. — 99. Et adhuc illa pars dicitur major et sanior, quae praesentavit digniorem. — 100. Si cum paritate votorum concurrat paritas meritorum in praesentatis, electio non est conclusa, nec locus gratificationi. — 101. Praesentati a Collegio si paria vota bis in scrutinis uterque sortitus sit, Papa solus potest gratificare. — 102. Pendente termino ad eligendum, an Collegium possit iterare scrutinium, donec sequatur electio per majorem partem. — 103. Potest etiam adiri Superior, ut compellat ad concordandum inter certum terminum. — 104. 105. Patroni plures singulares si discordent in praesentatione, fit locus gratificationi; secus quid. — 106. Jura Collegii remanent etiam in uno. — 107. Ad extinguendum Collegium in actu quid attendatur, et quid in habitu. — 108. destructio Collegii per consuetudinem, seu rerum naturam aequiparatur, destructioni factae de jure. — 109. Praepositus, ubi adest, regulariter indicat, se fuisse caput Collegii. — 110. Nomen praepositi per se non adaptatur Parochio, vel Plebano. — 111. Acclamatio, seu congratulatio vocalium post electionem factam cum majori

parte respectu minoris, vim habet collegialis approbationis. — 112. Ex dispositione juris electio Prae-

(1. Collegium, Universitas, et Communitas sunt synonyma, seu idem importantia, ut dicunt Joannes Monach. et Joan. Andreas in cap. Romana 5. de sentent. excomm. in 6. et Fagnan. in cap. Responsio 43. de sent. excomm. num. 35. (2. Collegium dicitur, quasi unum Collectum, et est societas Collegiarum in uno corpore positorum, secundum Joannem Monach. et Joann. Andream l. c. vel ut dicit Prob. in eod. c. Rom. n. 6. Collegium est collectio plurium corporum rationabilium, constituens unum Corpus representatum. (3. Universitas secundum Joann. Monach. et Joan. Andream loc. cit. dicta est ab *Universo*, et *Universum* dicitur quasi in *Unum versum*, cum scilicet plures habent jus, vel causam vertendi se in unum, ut faciant Universitatem, eo quod requiratur hoc eis concessum ab his, qui super hoc jus habent, ut l. 3. ff. de Colleg. illicit. Unde ut ipsi definiunt, Universitas est plurium Corporum inter se distantium uno nomine specialiter eis deputato collectio; vel secundum Oldrad. cons. 315. circa istud, Universitas est multorum in unum Congregatio eidem Capiti subjectorum. (4. Communitas dicta est a communi, et est commune compositum a *cum* et *munium*, id est Officium, quasi communio plurium in unum Officium; cap. *Consulti de procurat.* ut qui habent arcam communem, sigillum commune, unum Rectorem, et similia; arg. cap. *Dilecti, de excessibus Praelator.* notat Bald. in cap. *Cum omnes, de Constitut. n. 26.* Fagnan. loc. cit. num. 36. (5. Hinc juvat observare, quod ad constituendum Collegium requiruntur tres; l. *Neratus, ff. de verb. significat.* Jus autem Collegii conservari potest in duobus, imo et in uno; c. 1. ubi Glossa de electione. Glossa in cap. *Statutum verb. Collegiat. de election.* in 6. Fagnan. in cap. *Cum sit ars, de etate, et qualitate n. 33. et 34.* (6. At tunc non erit Collegium actu, sed habitu, seu virtute. Fagn. in dict. cap. 1. de election. num. 30. Pirhing. in *Jus Canon. lib. 1. tit. 6. n. 12.* (7. Istud autem Jus, quod in uno remanet, non retinet pro se ipso, sed pro Collegio. Gloss. in l. *Neratus, ff. de verbor. significat.* Glossa in cap. 2. de *postulat. Praelator. verb. Pauciores in fin.* (8. Adeo ut nomine Collegii, si non potest eligere se ipsum (prout plures volunt) poterit tamen alium eligere in totius Collegii Praelatum. Glossa in dict. cap. 2. de *Postulat. Praelat.* cum aliis pluribus, quos allegat, et sequitur Passerin. de election. cap. 10. qu. 1. num. 8. (9. Ad constituendam Universitatem sufficienter quinque Personae, ut notat Bald. in dict. cap. 1. de election. num. 8. per text. in l. *fin. Cod. de testament.* et per Gloss. in l. *sicut ad fin. ff. Quod cujusque univers. nom.* Universitas potest constitui per tres. Glossam sequitur Bartol. in leg. *Praeter la secunda num. 1. ff. de vi bonorum raptorum.* (10. Et Universitatis nomine censetur Synodus, Concilium, Coetus, Con-

lati in Collegiata pertinet ad Collegium seu Capitulum.

ventus, de quibus Isidor. in cap. 5. dist. 15. Fagnan. loc. cit. n. 35. (11. Et Universitatis jus propter casus supervenientiam conservari potest etiam in una persona; l. *sicut, ad fin. ff. Quod cujusque univers. nom.* et notat Glossa in cap. 1. de *Election. et in cap. Gratium. de postulat. Praelator.* (12. Ad constituendam Congregationem sufficienter duae personae; cap. 1. de *election. Fagnan. in cap. vestra 7. de cohabit. Cleric. et Mulier. num. 91.* (13. Ad constituendam familiam requiruntur plures duobus; l. *Detestatio 40. ff. de verbor. significat.* (14. Ad faciendam Parochiam sufficienter decem homines. Fagnan. loco cit. in d. c. *Vestra num. 89.* (15. Ad constituendum populum sufficienter decem homines; cap. *Unic. 3. caus. 10. qu. 3.* Glossa 1. et D. D. in cap. 1. de *elect. Fagnan. in cap. Responso 43. de sent. excommunic.* (16. Item plures, quam decem, vel quindecim faciunt Turbam; l. *Praetor ait §. 1. ff. de vi bonorum raptor.* (17. Item gregem ovium decem oves; porcorum vero, quatuor vel quinque faciunt; l. *Oves, ff. de abig. Nicol. in floscul. verb. Grex.*

(18. Collegiata non potest erigi nisi per Papam, quia Collegia non nisi potestate Principis supremi erigenda sunt; l. 3. §. in *Summa, ff. de Colleg. illicit.* et sic probat inconcussa observantia, quod scilicet Collegiarum erectiones fiant semper a Papa, ut testatur Card. de Luca de *Benefic. disc. 14. num. 12.* Lotter. de *Benefic. lib. 1. qu. 14. n. 43. et 44.* Barbosa de *Jur. Ecclesiast. univers. lib. 2. cap. 6. num. 1.* Rota dec. 1084. num. 5. coram Emerix. junior. dec. 331. num. 5. par. 4. tom. 1. dec. 99. num. 9. part. 7. dec. 32. num. 9. cum sequent. et dec. 297. num. 2. part. 17. recentior. et in *Montis Regalis Prioratus 2. Maii 1701. §. atque, coram D. Ansaldo, atque ita pluries respondit Sacra Congr. Episc. et signanter in Tropien. 22. Julii 1588. in Messana 4. Junii 1602. in Aurien. 23. Maii 1614. et Sacra Congr. Concil. in Conversana 27. Jun. 1629. et nuper ead. Sacra Cong. in Catanien. Erectionis Collegiatae 1. Septem. 1691. in qua proposito dubio: An erectio Collegiatae, facta per Episcopum in actu Visitationis Ecclesiae S. Antonii Oppidi S. Philippi de Argyra sustineretur; responsum fuit, *Negative.* (19. Et de quodam motu proprio Clementis VIII. prohibentis de caetero Episcopis erigere Parochiales in Collegiata testatur Rebuff. in *prax. tit. de erect. in Colleg. in fine, vers. Quidquid autem;* et ex eo Tondut. *resol. Benefic. part. 2. cap. 2. §. 2. num. 10.* et Card. Petra tom. 3. *commentar. ad Constitut. 7. Innocent IV. num. 11.* (20. Adeo ut erectio facta etiam cum reservatione Beneplaciti Apostolici nulla sit, antequam obtineatur. Sacra Congr. Episcop. in *Nicoteren. 16. Mart. 1612. in una Montis Regalis 27. Novemb. 1654. in Syracusana 30. April. 1655.* (21. Sola enim auctoritate Episcopi Collegiata nunquam potest*

erigi, sed semper debet recurri ad Papam, qui erectionem concedit, dummodo votum Sacrae Congreg. Concilii (ad quam remittuntur preces) sit favorabile; quae regulariter pro concessione solet inclinare, quoties concurrant sequentia. Primo, qualitas loci nota digni. Secundo docilitas, civilitas, et numerositas populi et Clericorum. Tertio, structura decora, et capacitas Ecclesiae in Collegiatam erigendae. Quarto abundantia, decencia, et pretiositas sacrarum suppellectilium. Quinto dos congrua pro Praebenda Canonico- rum, et distributionibus, quae regulatur a qualitate loci, et consuetudine aliarum Collegiatarum illius Provinciae dependet, adeo ut aliquando admiserit summan scutorum sexdecim pro unoquoque Canonico, praeter distributiones, ut in una Sarzanen. 26. Januar. 1704. licet non habuerit effectum propter litem ortam super pertinentia Ecclesiae inter Postulatores et Cathedralen. Sexto, si conditiones foundationis et erectionis non sint exorbitantes a Jure. Septimo, si augeatur Divinus cultus, et concessio nemini inferat praerudicium. Octavo, si Episcopus approbet, et laudet erectionem. Sic refert Monacell. tom. 2. tit. 13. form. 6. num. 8.

(22. Licet autem Collegiatae erectio nequeat fieri de novo ab Episcopo ex hucusque adductis, posita tamen erectione Collegiatae rite facta auctoritate Summi Pontificis, si contingat Collegium deficere ob mortem v. g. Canonico- rum, vel aliam consimilem causam, (23. ex qua licet desinat esse Collegiata actu, remanet tamen adhuc talis habitu, ut per Felin. in cap. Accedentes, de praescriptionibus n. 2. vers. possit etiam. Innocent. in cap. Postulasti, de Jure patronatus, n. 1. Archidiacon. in cap. Licet Canon. de elect. in 6. n. 2. Mascard. de probat. Conclus. 584. n. 5. Barbosa lib. 2. Juris Eccles. univ. c. 6. n. 9. cum aliis, quos refert, et sequitur Rota in Cremonensi Praepositurae 25 Februarii 1622. coram bonae memoriae Rambaldo, et decis. 221. part. 6. recentior. n. 25 et 26. In tali casu reductio Collegialitatis ad actum poterit fieri ab Episcopo, cum haec non sit erectio; sic D. Piton. tom. 1. Disceptation. 8. num. 24. Fuscus in Visitation. lib. 2. cap. 1. num. 3. in fin. Card. Petra loc. sup. cit. n. 12. ubi n. 13. (24. Subjungit, quod si agatur de Collegiata jam erecta tempore, quo vige- bat opinio, ut posset ab Ordinario erigi, tunc similiter judicari debet juxta illud tempus, et non secundum opinionem posteriorem contrariam, ut notat Rota decis. 240. n. 12. coram S. M. Alexandro VIII et cit. decis. 1048. n. 5. et seq. coram Emerix junior, ita ut praescriptio validitatem erectionis inducat per spatium temporis centum annorum; et consensus Papae praesumitur, si fuerit in statu Collegialitatis, saltem implicito, donec contrarium declaratur. (25. Ex antecedenti enim statu Collegialitatis praesumitur ejus continuatio. D. D. in l. Sive possidetis, Cod. de probat. Rota decis. 4. de probat. et decis. 4. n. 12. par. 2. div. et decis. 221. num. 8. part. 8. recentior. et late Menoch. lib. praesumpt. 64. (26. Quod procedit etiam, quando agatur de re multum remota. Rota in Comen. Decimarum.

11. Martii 1611. coram bonae memoriae Cardinali Sacrato circa fin. et dict. decis. 221. n. 9. part. 9. recentior. (27. Status enim Collegialitatis non dissolvitur nisi tribus modis, nempe, vel volentibus omnibus Collegialibus; vel etiam ipsis invititis ex facto Superioris supremi; vel casu per mortem omnium, ut tradunt D. D. in cap. Dilect. de excessibus Praelator. et Rota par. 6. recent. dict. decis. 221. n. 1. (28. Nec Collegiata suppressio unquam justificata dicitur, nisi de auctoritate Superioris supremi facta appareat. Glossa in cap. Statutum num. 22. verb. Collegiata, de election. in 6. Gemin. in cap. Licet num. 6. ante fin. vers. 3. casu. eod. tit. Felin. in cap. Accedentes, de praesumptionibus num. 2. vers. ponit etiam de istis signis; Rota part. 1. recent. decis. 163 sub n. 4. (29. Quae tamen suppressio non inducitur ex Decreto facto ab Episcopo declarante Ecclesiam non esse Collegiatam, sed simplicem Parochialem. (30. Cum Episcopus sicuti non habet facultatem de non Collegiata faciendi Collegiatam, ex dictis supra num. 18. et etiam Rota par. 6. recentior. decis. 221. num. 29. et part. 7. decis. 99 num. 9. et part. 17. decis. 195. num. 5. et 14. tanto minus habeat hanc facultatem de Collegiata faciendi non Collegiatam. Rota part. 6. recentior. dict. decis. 221. n. 30. (31. Uti nec potest Curam suppressio, ut erigat Dignitatem. Sacra Congreg. Concil. in Pientina 14. Februarii 1693.

(32. Collegialitas Ecclesiae, quando non constat de primaeve legitima erectione, vel subsequenti privilegio Apostolico, probatur ex conjecturis, indiciis, et enuntiativis. Barbosa lib. 2. Juris Ecclesiast. univ. cap. 6. num. 5. cum pluribus ibi citatis; Cardinal. Petra tom. 3. comment. ad Constitut. 7. Innocentii IV. sect. 2. n. 16. cum pluribus pariter ibi citatis; Rota part. 6. recent. decis. 221. num. 1. part. 16. decis. 234. part. 19. t. 2. decis. 469. n. 16. (33. Conjecturae autem, et indicia potissima Collegialitatis sunt: Primo ex immemorabili reputatione, et nominatione Collegialitatis junctis enuntiativis antiquis. Rota part. 16. recent. decis. 234. num. 5. Felin. in cap. Cum causam num. 4. de probat. Nominus cons. 73. num. 8. cum aliis relatis per Rotam decis. 587. n. 1. part. 4. divers. et decis. 99. n. 6. part. 10. recent. (34. Secundo ex litteris Apostolicis dirigi solitis Canonice Cathedralis, vel Collegiatae; cap. Statutum, de rescriptis in 6. Amiden. de Stylo Datariae lib. 1. cap. 5. n. 36. quest. 1. Rota part. 16. recent. d. decis. 234. num. 6. (35. Tertio ex communi sigillo, id est proprio ipsius Collegii; c. Dilecta, de excessibus Praelator. c. Significavit, de appell. Barbosa de Canonic. c. 2. n. 10. et lib. 2. Juris Eccles. c. 6. n. 6. Petra loc. cit. n. 24. (36. Dummodo tamen sigillum contineat insignia ipsius Ecclesiae, non autem ejus Ministri, et Exactoris. Rota p. 6. recent. dec. 136. n. 17. Sigillum enim publicum, seu authenticum non nisi Capitulis, et Collegiis approbatis habere licet ad faciendam fidem pro tota Communitate, ut observat Gonzal. ad cit. cap. Dilecta num. 3. (37.

Quarto ex communi Arca, et Massa; lib. 1. § Quibus autem, ff. quod cujusq. univ. nom. Barbosa cit. lib. 1. num. 6. cum aliis pluribus ibi adductis, Rota decis. 175. n. 1. et decis. 215. num. 1. coram Mantica decis. 960. n. 3. coram Penia, decis. 1256. num. 1. coram Seraphin. decis. 482. num. 4. coram Ludovico, et decis. 584. num. 2. part. 4. divers. et dec. 56. num. 5. part. 5. recentior. tom. 1. et decis. 216. num. 2. part. 7. et decis. 234. n. 7. part. 16. recentior.

(38. Quinto ex convocazione Canonico- rum de mandato principalis dignitatis illorum Capituli, et Congregationibus capitulariter factis. Barbosa loco cit. num. 6. Vivian. de Jure Patronatus part. 2. lib. 8. cap. 3. num. 3 et 5. Rota decis. 584. num. 2. et decis. 585. n. 1. et 2. part. 4. divers. et coram Buratt. decis. 473. n. 11. et coram Merlin. decis. 87. n. 10. et coram Ludovico. dec. 482. n. 4. et coram Eminentiss. Ottobon. dec. 248. num. 17. et 18. et part. 16. recentior. d. decis. 234. n. 9. et 10. (39. Sexto ex electione, vel collatione Canonice facta per Capitulum, et Canonicos ad hunc effectum congregatos. Rota part. 4. recent. t. 2. decis. 465. n. 2. part. 6. decis. 221. num. 2. et 3. p. 16. dec. 234. num. 11. Rota in antiq. decis. 8. num. 1. et 2. de Praebend. Put. decis. 135. lib. 1. Seraphin. decis. 1021. n. 4. (40. Septimo ex possessione tradita Canonico- rum cum assignatione Stalli in Choro, et loci in Capitulo, facta per Canonicos capitulariter congregatos. Barbosa lib. 2. Juris Eccl. univ. cap. 6. num. 7. Vivian. de Jure Patronatus decis. 44. num. 2. Rota coram Penia decis. 960. num. 6. et decis. 1163. § tertium signum, et part. 4. tom. 2. recentior. decis. 465. num. 2. part. 6. decis. 221. num. 5. part. 16. decis. 234. num. 12. (41. Octavo ex receptione Provisorum in Fratres juncto nomine Fraternalitatis, quae circumstantia plurimum ad id confert. Rota part. 6. recentior. decis. 221. num. 5. part. 16. decis. 234. n. 13. et coram Buratt. decis. 809. n. 2. et 28. Paris. de resignat. lib. 6. quest. 5. num. 32. Vivian. de Jure Patronatus. decis. 44. num. 2. (42. Nono, ex juramento posito a Provisis de servandis constitutionibus, statutis, et consuetudinibus ipsius Ecclesiae. Rota coram Mantica dec. 175. num. 1. vers. item quia; et decis. 215. num. 1. et part. 4. divers. decis. 284. et 285. utrobique num. 1. et part. 16. recent. decis. 234. n. 14. Fagnan. in cap. Postulasti, de Jure Patronatus. n. 5. in fine; Barbosa et alii passim. (43. Decimo, ex venditionibus, et locationibus et aliis contractibus capitulariter factis. Alexand. const. 74. num. 4. l. 4. Penia dict. decis. 960. num. 5. Rota part. 16. recent. decis. 234. num. 8. (44. Undecimo, ex eo quod in Ecclesia adsit aliquis uti Caput, et Clerici, vel Canonici uti membra. Alexander const. 74. num. 5. lib. 4. Barbosa dic. lib. 2. n. 10. Mantica decis. 215. sub num. 1. vers. Unde; Rota in Cremonen. Praepositurae 25. Februar. 1622. coram Rambaldo, et in Asculana Plebania 13. Januarii 1624. coram Merlino.

(45. Duodecimo, ex jure eligendi Praelatum; cap. 1. de election. electio siquidem Praelati

in quolibet Collegio de jure pertinet ad personas ejusdem Collegii, nisi adsint reservationes Apostolicae, ut in secunda, et tertia Regula Cancellariae, ubi reservantur omnes Dignitates majores post Pontificalem in Cathedralibus, et principales Dignitates in Collegiatis; cum enim Praelatus censeatur ille, qui est Caput, habetque Jurisdictionem in singulos de Collegio, sequitur, ut ex ejus electione eruatur maximum signum in probanda Collegialitate. Cardin. de Luca de Benefic. disc. 14. num. 13. Lambertin. de Jure Patronatus. part. 1. lib. 2. quest. 5. principal. n. 4. pag. 39. Lotter. de re Benefic. quest. 14. n. 74. Mascard. de probat. conclus. 584. num. 10. Card. Petra d. tom. 3. in Constit. 7. Innocent. IV. sect. 2. num. 33. et alii. (46. Tertio decimo, ex eo quod Cura animarum sit penes Capitulum, etiamsi habitu tantum. Lotter. d. q. 14. num. 93. Card. Petra loc. cit. num. 34. Rota decis. 60. num. 3. coram Carrillo. (47. Quartodecimo, ex eo quod in actibus Visitationis ab Episcopo dicatur Collegiata, cum hic praesumatur scire statum suarum Ecclesiarum; vel si in ea fuerit facta provisio tanquam de prima Dignitate. Petra loc. c. num. 34. Rota decis. 482. coram Ludovico, et in Matheranen. Archipresbyteratus 27. Junii 1707. § Collegialitas coram D. Kautnitz, et in Comen. Canonicatus 11. Februarii 1704. § visa fuit coram D. Scotto. (48. Quintodecimo, ex declarationibus Parochorum ejusdem Ecclesiae, quam conjecturam alias Rota maxime fecit. Rota coram Penia dec. 1163. num. 11. et decis. 960. num. 8. et apud Postium de manut. decis. 32. numer. 3. et coram Buratt. decis. 455. num. 1. vers. Ecclesiam vero, et part. 19. tom. 2. recent. decis. 469. n. 17. (49. Ex praedictis igitur conjecturis, seu signis, aliisque sufficientibus, Ecclesia est existimanda Collegiata, licet de foundatione, et privilegio non constet; sic censuit Sac. R. Cong. in una Caputaquens 16. Januar. 1620. ut refert, et tenet Barbosa d. l. 2. c. 6. Juris Eccles. num. 14. et de Canon. et Dignitat. c. 2. num. 16. (50. Non est autem necessarium, quod omnes supradictae conjecturae, seu signa simul concurrant, ut Ecclesia dicatur Collegiata, sed sufficit aliquas adesse, ex quibus id argui possit, et verisimile credi, ut per Rotam decis. 584. num. 2. part. 4. divers. Mantica. decis. 215. num. 5. vers. nec etiam; Rota part. 4. recentior. tom. 2. decis. 292. num. 12. part. 16. dec. 234. num. 4. part. 19. tom. 2. dec. 469. num. 22. Barbosa locis mox citatis, Lotter. dict. quest. 14. num. 79. cum sequent. advertens ex multis fieri posse, ut sigillum deficiat, vel non sit in usu, vel etiam quod Collegium non habeat Praelatum, cum ad ejus essentiam id minime necessarium sit.

(51. Collegiata insignis praecedit aliis non insignibus, etiamsi fuerint prius erectae. Sac. Rit. Congreg. in Firmana 24. Maii 1612. Quamvis erectio sine praerudicio alterius facta fuerit. Ead. Sac. Rituum Congregat. in Nolana 21. Apr. 1602. et in Nullius, seu Firmana 23. Martii 1602. Sic Barbosa